

inter Petrum & Ioannem egregiam similitudinem, & miram varietatem. Eiusdem Euangelistæ erga proximum Charitatem, erga Christum familiaritatem, (vbi de inuocatione sanctorum) perpetua virginitatis integritatem, & supra alios eminentem fraternitatis Christi dignitatem. Denique ad virtutes & præsertim ad Charitatem hortatur. *Tom. 2. sermone 63. pag. 298. & sequentibus.*

Eiusdem, sermo alter de eodem in quo S. Ioannis merita laudibus profequitur, eumque probat hæreticis omnibus: sua doctrina silentium imposuisse, in ecclesia extritisse Apostolum, Euangelistam, Prophetam & plusquam Prophetam, verum Martirem, Virginem, Virginis filium, filij Dei fratrem, omnium Christianorum doctorem, mirabili ac beata morte donatum, in cælo anima & corpore receptum, Moysi assimilatum, à Christo in vita, & morte, & post mortem honoratum, eiusque salutari præsentia in extremis recreatum; denique ad vitam spiritualem amplectendam, virtutesque S. Apostoli imitandas hortatur. *Tom. 2. sermone 64. pag. 302. & sequentibus.*

* DIONYSII CARTHUSIANI in Epist. sermo, in quo timorem describit triplicem. Primus est. Seruilis, qui non est virtuosus nec meritorius vitæ æternæ & tamen aliquo modo disponit hominem ad virtutes in quantum retrahiteum à culpâ. Secundus. Filialis & perfectus, quo Deum timeamus ne ab eo separemur, & eius caueamus offensam ex eius dilectione, & zelo iustitiæ. Tertius. Initialis, qui inter timorem seruilis & filialem est medius, habens aliquid de utroque, per eum enim peccata vitæ sunt partim poenarum horrore, partim ex dilectione & zelo iustitiæ. *in proprio de scriptis à fol. 49. pag. 2. ad fol. 50. pag. 2.*

Eiusdem, in Euang. serm. I. Primò. S. Ioann. Euang. multiplici excellentia decorauit Christum. inter Apostolos eum magis dilexit; 2. tam ante Christi passionem, quam in passione & post passionem, constanter Christo adhæsit; 3.

A dilectissimam matrem & singularem sponsam ei commisit Christus; 4. non solum Apostolus sed & Euangelista fuit; 5. non solum Apostolus sublimis Euangelistæ summus, sed etiam maximus fuit propheta. Secundò. Octo sunt tormentorum reproborum genera. I. est corrosio infernalium vermium; 2. tenebræ infernales; 3. flagellatio à demonibus; 4. vehementissimū frigus; 5. tantæ rei ignis incendium; 6. daemonum aspectus; 7. scelerū confusio; 8. luctus perpetuus. *Ex proprio sanctorum, a fol. 51. pag. 1. ad fol. 52. pag. 1.*

Eiusdem, pro Euang. sermo 2. in quo S. Ioannis excellentia expenduntur harum, I. est Sapiencia eminens & doctrina. II. Ad Deum & proximos dilectio, charitatem enim verbis & scriptis seruandam docuit, III. Prædicationis eius fructificatio, in conuersione totius Asiæ ad Christum. IV. Potestas ipsius & gloria miraculorum. V. Virginea puritas, quam vsque ad mortem seruauit inuiolatam. VI. Virtuosa ac uenerandissima senectus. VII. Beatissimus ipsius finis, &c. *Ex sanctorum proprio, fol. 52. a pag. 1. ad pag. 2.*

* GUILLELMI PARIENSIS, sermo primus de S. Ioanne Euangelista in id *Dilectus meus mihi & ego illi qui pascentur inter lilia cant.* 2. in quo duo animaduertere licet. I. Modum amandi in Christo & Ioanne, de quorum amicitia verba thematis sic leguntur. I. dilectus meus cooperatur mihi & ego illi; 2. dilectus meus congruit mihi & ego illi; 3. dilectus meus est mihi id est ad meam vtilitatem natus est, mihi vixit, mihi mortuus est, mihi resurrexit, mihi ad dexteram patris sedet, sic debeo illi; 4. dilectus meus est mihi omne quod desidero, sic debeo illi esse. II. Amoris rationem, Ioannem Christus dilexit quia 1. Liliū sicut ipse fuit, habens candorem sapientiæ, vitæ, innocentie, munditiæ carnis odorem per multiplicem redolentiam 2. hortus fuit deliciarum, auctro Spiritus sancti flante & arcana Dei ei inspirante; 3. apoteca Spiritus sancti fuit speciebus gratiarum plenus; 4. in feruente oleo